

Atqui peccatum Orig. nullam potest cor-
rumpere substantiam:

E. Peccatum Orig. non potest corrumpere
Liber. Arbit. Et per consequens, ad-
huc est Liber. Arbitrium.

Resp. est & in hoc Pelagianorum glaucoma-
te deceptio *Homonymas*. Liberi enim ar-
bitrii quinque sunt acceptiones, quas B.
Meisnerus in Anthrop. Dec. 3. p. 3. recenset.
1. *communissimè* accipitur pro mente & vo-
luntate, quæ sunt facultates animæ ratio-
nalis, 2. *notatur* per lib. Arbit. *ἰνανότης*
vel potentia passiva. Quia homo non est
truncus vel lapis, qui converti nequeat;
sed datur aliqua *ἰνανότης*, quâ à Deo conver-
ti potest. 3. *internum principium*, seu incli-
natio ista, qua voluntas in appetendo du-
citur. 4. *in voluntate* hominis potentia,
quâ in externis & civilibus rebus potest e-
ligere vel malum vel bonum. Hoc arbi-
trium non denegatur homini post lapsum.
5. *Specialiter ac propriè* in hac Strigelii con-
troversia accipitur pro potentiâ, quâ pos-
simus bona eligere, & mala respuere, quâ
se homo possit ad gratiam Dei præparare,
& ad